

ANTIQUAE MUSICÆ ITALICÆ SCRIPTORES

I

MENSURABILIS MUSICÆ
TRACTATULI

prodeunt curante

F. Alberto Gallo

1

BOLOGNA

1966

TEO

ANTIQUAE MUSICAE ITALICAE SCRIPTORES

I

MENSURABILIS MUSICAE
TRACTATULI



prodeunt curante

F. Alberto Gallo

1



BOLOGNA

1966

Introduzione	p. 7
I ANONIMI <i>Capitulum de semibrevibus</i>	» 13
II GUIDONIS FRATRIS <i>Ars musice mensurate</i>	» 17
III PETRI DE AMALFIA <i>Compendium artis motectorum</i>	» 41
IV ANONIMI <i>Fragmentum de mensuris</i>	» 49
V ANONIMI <i>Fragmentum de proportionibus</i>	» 53
VI ANONIMI <i>Capitulum de modo accipiendo</i>	» 57
VII ANONIMI <i>Musice compilatio</i>	» 61
VIII ANONIMI <i>Tractatulus de figuris et temporibus</i>	» 77

Introduzione

Sono qui raccolte otto trattazioni che, disponendosi cronologicamente lungo tutto l'arco del secolo XIV, documentano l'evoluzione storica della notazione in Italia.

Il n. I è un breve capitolo aggiunto alla fine di un altro trattato musicale di diverso argomento nel codice Pavia, Biblioteca Universitaria, Aldini 361⁽¹⁾. Tratta delle *semibreves* in due sezioni: una relativa alla misura *perfecta*, l'altra relativa alla misura *imperfecta*. Quattro righi con notazione musicale seguono immediatamente il testo⁽²⁾ e sembrano riferirsi allo stesso con valore di esemplificazione.

Opera organica e completa è il n. II con cui si apre il codice Siviglia, Biblioteca Capitular Colombina, 5225⁽³⁾. Nel proemio l'autore stesso, che il titolo nomina Guido e che dal *colofon* risulta appartenente ad un ordine religioso, espone la suddivisione in sei capitoli: il primo tratta del tempo perfetto secondo la divisione duodenaria; il secondo delle legature; il terzo delle pause, del punto e dei segni di alterazione; il quarto dei modi; il quinto del tempo perfetto secondo la divisione nonaria; il sesto del tempo imperfetto.

Pietro da Amalfi presenta il proprio trattato, n. III, come un riassunto dell'opera di Marchetto da Padova⁽⁴⁾. Il contenuto di queste

(1) Cfr. L. DE MARCHI - G. BERTOLANI, *Inventario dei manoscritti della R. Biblioteca Universitaria di Pavia*, Milano 1894, pp. 200-202.

(2) Cfr. Tav. I.

(3) Cfr. J. E. RIAÑO, *Critical and Bibliographical Notes on Early Spanish Music*, London 1887, p. 67; H. ANGLES, *Die mehrstimmige Musik in Spanien vor dem 15. Jahrhundert*, in «Beethoven-Zentenarfeier. Wien, 26. bis 31. März 1927. Internationaler musikhistorischer Kongress», Wien 1927, pp. 159-160; F. A. GALLO, *Alcune fonti poco note di musica teorica e pratica*, in «L'ars nova italiana del Trecento», II, Certaldo [1966, estratto, pp. 10-21].

(4) Cfr. MARCHETI DE PADUA *Pomerium*, ed J. Vecchi, «Corpus scriptorum de musica 6», American Institute of Musicology 1961.

pagine, appartenenti ad un diverso fascicolo dello stesso codice di Siviglia (⁵), si articola come segue: triplice divisione del *tempus* in *perfectum*, *imperfectum* e *imperfectissimum*; distinzione di tre specie di *semibreves*, cioè *maiores*, *minores* e *minime*; spiegazione del valore delle semibrevi nei diversi tempi.

Il testo del n. IV è mutilo dell'inizio in quanto nel codice Saint-Dié, Bibliothèque Municipale, 42 (⁶) risulta mancante il foglio immediatamente precedente. La parte rimasta appare distinta in sei sezioni: una per ogni *mensura*.

In una miscellanea di teoria musicale che costituisce la parte iniziale del codice Pavia, Biblioteca Universitaria, Aldini 450 (⁷) è compreso il breve frammento n. V. Vi sono indicati i rapporti proporzionali intercorrenti tra le diverse misure e le due *prolationes*.

Il n. VI può considerarsi un capitolo isolato inserito tra due trattati completi nel codice Catania, Biblioteche Riunite Civica e A. Ursino Recupero, D 39 (⁸). Dopo la definizione di alcuni concetti di teoria mensurale, descrive i *modi* novenario, senario e quaternario, e cerca quindi una spiegazione per i *modi* duodenario e ottonario.

Numerosi sono gli argomenti trattati nella compilazione n. VII conservata nel codice Milano, Biblioteca Ambrosiana, M 28 Sup. (⁹). All'inizio gli intervalli, successivamente le regole del contrappunto, infine gli elementi della *musica mensurabilis*. Qui le sezioni riguardanti le pause, la diminuzione, il *color* e la *sincopa* risultano tratte da un'opera attribuita a Giovanni de Muris (¹⁰).

(5) Cfr. nota 3.

(6) Cfr. E. DE COUSSEMAKER, *Notice sur un manuscrit musical de la Bibliothèque de Saint-Dié*, Paris 1859; G. VECCHI, *Su la composizione del Pomerium di Marchetto da Padova e la Brevis compilatio*, in «Quadrivium» I (1956), pp. 163-165; [J. SMITS VAN WAESBERGHE-P. FISCHER-CH. MAAS], *The Theory of Music from the Carolingian Era up to 1400*, I, «Répertoire International de Sources Musicales», München-Duisburg 1961, pp. 131-133.

(7) Cfr. D. Thomae Aquinatis *De arte musica nunc primum ex codice Bibliothecae Universitatis Ticinensis edidit et illustravit Sac. Guarinus Amelli*, Mediolani 1880, pp. 13-14; L. DE MARCHI - G. BERTOLANI, op. cit., pp. 258-259; S. Tommaso d'Aquino, *Ars musica. Trattato inedito illustrato e trascritto da Mario Di Martino*, Napoli 1933, pp. 19-20 e tavola X.

(8) Cfr. P. NALLI, *Regulae contrapuncti secundum usum Regni Siciliae tratte da un codice siciliano del sec. XV*, in «Archivio storico per la Sicilia orientale» XXIX (1933), pp. 277-292; P. O. KRISTELLER, *Iter italicum. A finding list of uncatalogued or incompletely catalogued humanistic manuscripts of the Renaissance in Italian and other Libraries*, I, London/Leiden 1963, p. 82; F. A. GALLO, *La tradizione dei trattati musicali di Prosdocimo de Beldemandis*, in «Quadrivium» VI (1964), pp. 71-77.

(9) Cfr. G. CESARI, *Città di Milano - Biblioteca Ambrosiana - Opere teoriche manoscritte*, in «Bollettino dell'Associazione dei musicologi italiani - Catalogo delle opere musicali teoriche e pratiche di autori vissuti sino ai primi decenni del secolo XIX, esistenti nelle biblioteche e negli archivi pubblici e privati d'Italia» Parma 1910-1911, p. 7a.

(10) Cfr. JOHANNIS DE MURIS *Libellus cantus mensurabilis*, ed. E. DE COUSSEMAKER,

Il n. VIII consta di due parti distinte che si intenderebbero dedicate alla esposizione rispettivamente *de figuris et temporibus francigenis* e *de figuris et temporibus ytalicis*. Vengono così spiegate inizialmente le quattro combinazioni di *tempus* e *prolatio* e le varie possibilità di *augmentatio* anche in relazione agli insegnamenti di Filippotto da Caserta (¹¹); successivamente si indicano le figure e i valori delle note semplici e in legatura. Alcuni esempi musicali, che sembrano riferirsi ad argomenti trattati nel testo (¹²), seguono, dopo l'*explicit*, nel codice della Biblioteca Colombina (¹³) che conserva anche quest'opera.

Per nessuno degli otto testi la redazione pervenutaci può essere considerata quella originale; in tutti i casi si tratta di copie eseguite a varia distanza di tempo e con diversa fedeltà.

Il quarto, quinto ed ottavo trattato appaiono conservati nella migliore condizione, anche per la particolare chiarezza della scrittura. La sostanziale correttezza del testo va probabilmente messa in relazione con la notevole vicinanza della copia al momento e all'ambiente in cui ebbe luogo la prima stesura.

Un caso problematico è quello del secondo trattato. Innanzitutto la presenza di frasi cancellate e di aggiunte marginali ed interlineari potrebbe forse indicare che la copia fu fatta utilizzando più fonti ed in momenti successivi. Inoltre, pur risultando indubbia in generale l'intelligenza e la diligenza del copista, il testo dà adito talora a qualche perplessità nei capitoli sulle legature, sulle pause e sui modi. Infine l'usura e l'umidità hanno gravemente danneggiato la prima pagina del manoscritto rendendo in alcuni punti impossibile la lettura.

Il primo, il terzo, il sesto ed il settimo trattato presentano il maggior numero di oscurità e di imprecisioni. Ciò può essere riferibile tanto alla eventualità che il testo si sia progressivamente corrotto passando attraverso una lunga serie di copie, quanto alla incomprensione dei copisti di fronte ad argomenti ormai desueti per la cultura musicale del loro tempo.

Scriptorum de musica medii aevi..., III, Parisiis 1869, pp. 56b-58. Più evidenti sono le cordanze con le lezioni date in nota, che appartengono al codice di origine italiana: Paris Bibliothèque Nationale, lat. 7369, ff. 7v-8v.

(¹¹) Cfr. PHILIPPI DE CASERTA *Tractatus figurarum*, ed. E. DE COUSSEMAKER, *Scriptorum de musica cit.*, pp. 118-124.

(¹²) Cfr. Tav. II.

(¹³) Cfr. nota 3.

I

ANONIMI

Capitulum de semibrevibus

P Pavia, Biblioteca Universitaria,
Aldini 361, fogli 70r-70v.

om omittit

[D]E SEMIBREVIBUS


1 ¹ Quandocunque due semibreves ponuntur pro tempore, si prima semibrevis caudatur habet duas partes temporis, secunda habet terciam. ² Si vero tres fuerint et prima sit caudata, tunc ipsa habet terciam partem temporis et medietatem tercie, secunda habet medietatem tercie, ultima habet terciam. ³ Si vero caudata fuerit in medio, tunc prima habet medietatem tercie partis temporis, caudata terciam et medietatem tercie, ultima habet terciam. ⁴ Si vero caudata fuerit in fine, tunc prima semibrevis habet terciam partem temporis, secunda medietatem tercie, ultima habet terciam et medietatem tercie. ⁵ Si vero fuerint quatuor, tunc caudata habet terciam et medietatem tercie, secunda medietatem tercie, et quelibet duarum habet medietatem tercie, sive ponatur caudata in principio vel in medio sive in fine. ⁶ Si vero sint quinque, tunc caudata ubicunque ponatur habet terciam partem, et quelibet reliquarum habet medietatem tercie.

2 ¹ [S]i vero cantus cantetur de imperfectis, tunc semibrevis que caudatur, si sint due, valet [tres] partes temporis, et alia valet quartam partem. ² Si vero sint tres, tunc illa que caudatur habet duas partes temporis, et quelibet sequencium habet quartam partem, quia tunc dividitur in quatuor partes eequales.

1 ³ tercie partis] terciam partem P


2 ¹ si] sic P tres om P

quando siccio duo ualeat p[er] nos et alii ualeant p[er]
p[er]. Si si sit tres n[on] illa q[uod] condicione h[ab]et dico p[er]
p[er] q[ui]libet sequitur h[ab]et q[uod] p[er] tunc dividit
equationes p[er] tres equaliter.



Tav. I - Pavia, Biblioteca Universitaria, Aldini 361, f. 70v.

Breves sic ■■■ et dicitur una tps i capite 2 una i pede
 Semibrevis sic □ ut sic □ aut sic □
 Et c si dū qm inveniunt talis signatura ualeat duo tps
 i capite 2 duo i pede. qz nota quadrata e
 Tps si repit sic □ ualeat una tps i capite 2 duo i pede
 Tps si repit sic □ ualeat una tps i capite 2 una i pede
 Tps si semibrevis repit sic □ ualeat una i capite 2
 una i pede. n qz arte ytalica i tps pfecto ultima al-
 teratur
 Tps qn repit sic □ p c semibrevis p a sile et tria e
 brevis. Et hec sufficiat



Tav. II - Siviglia, Biblioteca Capitular Colombina, 5 2 25, f. 94v.

II

GUIDONIS FRATRIS

Ars musicæ mensuratae

S Siviglia, Biblioteca Capitular Colombina,
5225, fogli 1r-5r.

del delevit

illeg illegibile

marg in margine

om omittit

sup suprascriptum

ARS MUSICE MENSURATE SECUNDUM GUIDONEM

1 ¹ Ad habendam aliqualem noticiam figurarum simplicium et compositarum seu ligaturarum artis musice mensurate, ut rudibus citius patefiat modus proferendi ac etiam valor figurarum [...] [...] quandam compendiosam doctrinam inpendere proposui in hunc modum. ² Primo de simplicibus figuris tractabitur, quia simplex ante compositum. ³ Secundo de compositis seu ligatis ac etiam de plicis ligatis. ⁴ Tertio de pausing et pontello ac etiam *b* quadro. ⁵ Quarto de modis perfectis et imperfectis. ⁶ Quinto de tempore perfecto secundum divisionem nonariam. ⁷ Ultimo de tempore imperfecto.

[I]

2 ¹ Videamus primo quid sit tempus.
 ² Tempus enim dicitur id quod est minimum in plenitudine vocis, ex quo habet fieri brevis perfecta. ³ Brevis enim communis habetur tam longis quam semibrevibus. ⁴ Ex replicatione enim brevis constituitur longa quelibet, ex divisione vero creantur semibreves.
 ⁵ Ex brevi enim bis replicata fit longa imperfecta duorum temporum, si ter replicetur fit longa trium temporum; et hoc modo ex

1 ¹ figurarum [...] *marg illeg S* [...] quandam *illeg S*

³ ligatis *marg S*


⁴ *b* quadro quod a quibusdam colorata musica nuncupatur *del S*

⁵⁻⁷ *marg S*

2 ³ tam ... semibrevibus *marg S*

⁵ brevi] *brevis S* replicetur] *triplicetur S* ut ... patet *marg inf S*

brevi constituitur longa, ut in exemplis patet. ⁶ Exempla figurarum simplicium [... ...]



⁷ Modus enim creationis semibrevium fit ex divisione brevis. ⁸ Dividatur brevis primaria divisione et perfectiori in tres semibreves equales naturaliter sine aliquo filo, ut hic:



⁹ Et quilibet illarum trium in duas equales dividatur et sic erunt sex naturales, ut hic:



¹⁰ Dividatur enim quilibet illarum in duas equales et sic erunt duodecim:



¹¹ Si autem recta brevis dividatur in duas semibreves naturales, prima tertiam partem temporis continebit, ultima duas in eo quod finis, ut in sequenti exemplo patet:



¹² Si filum in deorsum addatur prime semibrevi, duas partes ipsa continebit, ultima vero in tertia remanebit, ut hic:



¹³ Si filum addatur in deorsum alicui trium semibrevium prime divisionis, transitur ad secundam divisionem temporis que est in sex, et tunc cui additur filum medietatem temporis continebit, alia sextam partem, ultima in tertia remanebit, ut hic:



⁶ marg inf illeg S

⁹ dividatur] dividantur S

¹¹ tertiam] tertia S

¹² addatur] adatur S

¹⁴ Si fuerint quatuor naturales, prime due tertiam partem continebunt, et quelibet sequentium in tertia parte temporis remanebit, ut hic:



¹⁵ Si de quatuor una caudabitur in deorsum, quomodocumque varietur medietatem temporis vel tres de sex partibus temporis continebit, et tres remanent quelibet ipsarum sextam partem temporis mensurans, ut hic:



¹⁶ Si autem de quatuor due in deorsum caudabuntur, quelibet illarum tertiam partem temporis continebit vel duas de sex partibus temporis continebit, ut hic:



¹⁷ Si fuerint quinque naturales, prime due tertiam partem, et due alie que sequntur aliam tertiam, et ultima in eo quod finis in alia tertia parte temporis remanebit, ut hic:



¹⁸ Si una de quinque, quecumque sit ipsa, caudabitur in deorsum, quomodocumque varietur semper tertiam partem temporis vel duas de sex partibus continebit, et quatuor que remanent duas partes temporis vel quatuor de sex partibus continebunt, ut hic:



¹⁹ Est notandum, quod de quatuor non caudantur in deorsum in secunda divisione temporis nisi due ad plus, de quinque semibrevis solum una caudatur in secunda divisione temporis et non plus. ²⁰ Et ratio est: cum ars semper addat aliquid supra naturam, si plures caudarentur semper excederetur tempus in sexta parte temporis, quod

¹⁴ quatuor] iiii or S

¹⁵ Si prime semibrevi de quatuor addatur filum tres partes de sex continebit Si de quatuor una del S

¹⁸ continebunt] continebut S

¹⁹ quatuor] iiii or S

est inconveniens, quia semper partes debent equivaleri toto, ut supra patet.

²¹ Si vero fuerint sex naturales, habetur perfecta divisio temporis que est in sex, et bine vadunt pro tertia parte temporis, ut hic:



²² Si vero fuerint septem, transitur ad tertiam divisionem temporis que est in duodecim, tres prime tertiam partem temporis vel quatuor de duodecim continebunt, et ultima de ipsis tribus duas de duodecim continebit, et quatuor que sequuntur in secunda divisione temporis remanebunt, ut hic:



²³ Sed si octo extiterint, prime quatuor procedunt pro tertia parte temporis, et que remanent bine tertiam partem temporis mensurabunt, ut hic:



²⁴ Si fuerint novem pro recta brevi naturales, prime quatuor tertiam partem temporis mensurabunt, tres sequentes aliam, et due ultime in alia tertia permanebunt, ut hic:



²⁵ Sed si decem extiterint naturales, prime quatuor tertiam partem temporis mensurabunt, quatuor sequentes aliam, et due ultime in alia tertia permanebunt, ut hic:



²⁶ Si autem undecim fuerint naturales, prime quatuor pro tertia parte temporis, et quatuor sequentes pro alia tertia poni debent, et tres ultime pro alia tertia permanebunt, ut hic:



²² quatuor] iiii or S sequuntur] secuntur S

²³ *marg* S quatuor] iiii or S

²⁴ quatuor] iiii or S

²⁵ quatuor] iiii or S

²⁶ quatuor] iiii or S


²⁷ Si vero duodecim extiterint naturales, habetur perfecta divisio temporis que est in duodecim, ut hic:




et minime nuncupantur.

²⁸ Sciendum est, quod in tertia divisione perfecti temporis caudari possunt semibreves in sursum et in deorsum: que in sursum caudantur minime semper erunt, que vero in deorsum semper in qualibet divisione ad minus tertiam partem temporis mensurabunt.


²⁹ Si due de tribus in deorsum caudentur et alia que remanet caudetur in sursum, illa que in sursum si precedat cum illa que immediate sequitur connumeratur in perfectione, si vero ultima ponatur cum precedenti connumerari debet, et semper illa cui adiungitur septem partes de duodecim continet, et alia que remanet quatuor mensurabit, ut hic:




³⁰ Si de quatuor una in deorsum et due in sursum caudentur, que in deorsum octo de duodecim habet, et non caudata duas partes de duodecim continet, ut hic:



³¹ Si de quinque due caudentur in deorsum, quelibet caudatarum quatuor de duodecim continebit, ut hic:



³² Si vero de sex aliisque caudentur in sursum, semper cum non caudatis connumerari debent in perfectione, ut hic:



²⁷ minime] minnime S


²⁸ minime] minnime S temporis] temporis S

²⁹ cum precedenti] con precedenti S quatuor] iiii or S


³¹ quatuor] iiiij or S

³² caudantur] cadantur S quatuor] iiiij or S


sed que in deorsum caudantur quatuor de duodecim continebunt, ut hic:



que vero non caudantur nec in sursum nec in deorsum quandoque tres de duodecim continent, ut hic:



quandoque duas, ut hic:




³³ Et iste modus connumerandi sive proportionandi semibreves ad invicem servari debet usque ad duodecim qualitercumque jam variari posset, ut in exemplis manifeste apparet:




sex




septem




octo



noven



decem



undecim



duodecim

³⁴ Ac notandum quomodo semibreves propriis nominibus nominentur. ³⁵ Semibreves quedam sunt maiores et quedam minores et quedam minime. ³⁶ Maiores naturales dicuntur semibreves in prima divisione temporis, minores que existunt in secunda divisione, minime que in tertia. ³⁷ Maiores per artem que continent medietatem vel duas partes temporis et figurantur cum filo in deorsum; minores per artem continent tres de duodecim ipsis sistentibus non caudatis; minime naturales sine filo aliquo, artificiales cum filo in sursum. ³⁸ De hiis habuimus exempla superius.

[II]


3a ¹ Viso de simplicibus, sequitur de compositis seu ligatis.

² Ligaturarum alia cum proprietate, alia sine proprietate, alia cum opposita proprietate.

³ Ligatura cum proprietate est quando [prima] nota ligature ascendentis caret omni filo, ut hic:



⁴ Descendens autem ligatura cum proprietate dicitur quando prima nota descendens filum habet a sinistris in deorsum, ut hic appareat:



⁵ Ligatura sine proprietate dicitur quando prima nota ligature ascendentis filum a sinistris seu magis proprie a dextris habet in deorsum, ut hic:



⁶ Ligatura descendens sine proprietate est quando prima nota ligature caret omni filo, ut hic:



3a ² opposita] oposita S

³ prima om S omni filo et secunda nota locatur supra penultimam ut hic S


⁵ in deorsum et ultima nota supra penultimam locatur ut hic S

⁶ omni filo et ultima nota est in corpore obbllico ut hic S


⁷ Opposita proprietas est quando prima nota ligature ascendentis et descendantis in principio ligature filum trahit in sursum, ut hic:



⁸ Notandum est, quod omnis ligature ascendentis vel descendantis cum proprietate prima est brevis et sine proprietate longa, omnes note medie breves, nisi per oppositam proprietatem semibrevientur, ut hic:



⁹ Notandum est super ultima ligature ascendentis et descendantis: si nota ligature ascendentis directe stat supra penultimam, semper longa dicetur, si autem sub penultimam nota quadrata sequitur, semper longa dicetur, ut hic:




¹⁰ Si autem nota quadrata stat indirecte supra penultimam sine filo in sursum vel in deorsum, semper dicetur brevis, ut hic:



¹¹ Si due note in corpore obliquo ascendendo vel descendendo commiscentur, semper ultima dicetur brevis, ut hic:



3b ¹ Notandum quod ligatura propria et inpropropria plicabilis est ascendendo vel descendendo et semper a parte finis plica discernitur, sed in ligatura obliqua que sub uno corpore duas notas continet plica nichil addit vel minuit de tempore, ut hic:



⁷ trahit] trait S


⁸ ligature ascendentis vel descendantis] ligatura ascendens vel descendens S

¹⁰ dicetur brevis] dicit brevem S


¹¹ obliquo] obbligo S commiscentur] commisceruitur S dicetur brevis] dicit brevem S

3b ¹ obliqua] obbliga S

² In recta vero ligatura semper illa nota cui additur plica erit longa ut hic:



nisi fuerit in ligatura opposita, ut hic:




[III]

4 ¹ Tertio videndum de pausis.

² Sex enim pausis utimur in cantu mensurabili.

³ Prima quartam partem temporis continet, secunda tertiam, tertia unum tempus, quarta duo tempora, quinta tria tempora continet, sexta et ultima finis punctorum communiter appellatur.

⁴ Prima pausa quartam partem spatii tangit, secunda tertiam, tertia totum spatium complectit, quarta duo spatia, quinta tria spatia complectit, sexta enim inmensurabilis est, ut hic in exemplis manifeste apparet de omnibus:



5 Pontellus apponitur in cantu mensurabili principaliter propter tria: primo ad denotandum longam esse perfectam trium temporum quando ei apponitur, secundo ad distinguendum unum modum ab alio, tertio ad notandum quod per pontellum semibreves distinguntur ab invicem, ut hic apparet:



² additur] aditur S opposita] oposita S

⁴ ³ quartam] iiii am S




6 ¹ b quadrum in cantu mensurato dupliciter figuratur et ponitur quandoque in spatio quandoque in linea propter decorum et pulcritudinem mediarum consonantiarum, videlicet decime, sexte et tertie.

² Quando autem tractum sive filum in sursum a sinistris trahitur excedens filum quod stat a dextris, signum semitonii enarmonici est, quo utimur in cantu plano et quandoque in mensurato.

³ Quando vero filum in sursum trahitur a dextris excedens quod est a sinistris, signum semitonii cromatici est, quo utimur in cantu mensurato tantum et in proprie in cantu plano signatur.

⁴ Exempla predictorum, ut hic in spatio et in linea:




[IV]


7a ¹ Quarto de modis perfectis et imperfectis in simplicibus et ligaturis est videndum .

² Notandum est, quod quinque sunt perfecti ad quos omnes alii reducuntur.

³ Nam primus modus procedit ex omnibus longis perfectis vel ex longa et brevi et longa, ut hic in simplicibus et ligatis appareat:



⁴ Secundus procedit ex brevi et longa et brevi, ut hic in simplicibus et ligatis appareat:




6 ² trahitur] traitur S

³ trahitur] traitur S


⁶ Tertius procedit ex longa et duabus brevibus et longa, ut appareat in simplicibus et ligatis:



⁶ Quartus procedit ex duabus brevibus et longa et duabus brevibus, ut hic:




⁷ Quintus procedit ex brevibus et semibrevibus, ut hic:




7b ¹ Viso de modis perfectis secundum numerationem ternariam, nunc est videndum de modis imperfectis quantum ad numerationem binariam.

² Sciendum est, quod modi imperfecti sunt quatuor.


³ Primus procedit ex omnibus longis imperfectis et solum in simplicibus figuratur, ut hic:



⁴ Secundus procedit ex longa imperfecta et duabus brevibus equilibus, ut hic patet:



⁵ Tertius procedit ex duabus brevibus equalibus et longa imperfecta, ut hic patet:



7b 2 quatuor] iiiij or S


⁴ ex longa imperfecta *sup S* equalibus et longa imperfecta ut hic *del S*

⁵ procedit ex longa imperfecta et duabus brevibus S


⁶ Quartus procedit ex brevibus et semibrevis proportionem binariam mensurantibus, ut hic:



8 ¹ Notandum est, quod nota quadrata filum in sursum vel indeorsum habens a parte dextra, longa perfecta vocabitur et tribus temporibus mensurabitur si altera longa vel valor longe ipsam sequatur, ut hic in exemplis manifeste apparat:



² Si vero dictam longam sequatur sola recta brevis vel eam precedat, subtrahet longe unum tempus et connumerabitur in perfectione cum ipsa, ut hic patet:




et tunc longa imperfecta duorum temporum vocabitur et cum ea a qua imperficitur faciet perfectionem et ambe tria tempora continebunt.

³ Sed si pontellus addatur longe inmediate a parte dextra, tunc longa remanet perfecta et brevis vel valor brevis imperfect subsequentem, ut hic in exemplis patet:



⁴ Si fuerint due breves inter duas longas et non apponatur pontellus inter breves, tunc prima recta brevis vocabitur, secunda altera brevis valoris duorum temporum et simul perfectionem facient et quelibet longa erit perfecta trium temporum, et sic si due breves precedant et sequantur longam nisi per appositionem pontelli varientur simul perfectionem facient, ut hic in exemplis patet de omnibus:




8 ² vel in eam S a qua *sup* S faciet] fatiet S


³ Sed] Set S

⁴ erit] erint S facient] patient S

⁵ Si enim tres breves ponantur inter duas longas vel valor earum, ipse breves equales sunt et faciunt perfectionem, et longe perfecte remanent nisi per pontellum aliter varientur. ⁶ Quando due breves inter duas longas ponuntur apposito pontello inter breves, tunc ambe erunt recte breves et prima imperfecta precedentem et alia subsequenter, ut hic de tribus et duabus brevibus exempla patent:



⁷ Si vero fuerint quatuor breves vel plures quatuor inter duas longas, semper prima imperfecta longam et alie que remanent computentur et numerentur si sunt in ternario modo, et isto modo fiet perfectio usque in infinitum, ut hic patent exempla:



[V] De tempore perfecto secundum divisionem nonariam.

9 ¹ Quinto de tempore perfecto quantum ad divisionem nonariam est tractandum.

² Dividitur enim tempus perfectum sive nota brevis, primaria et perfectiori divisione quam possit dividi, in tres semibreves equales, eo modo quo supra fuit divisum, ut hic:



⁶ appositō] aposito S ambe] anbe S
⁷ quatuor] iiii or S

³ Et illarum trium quelibet in tres eequales dividitur, et sic erunt novem totam naturam perfecti temporis mensurantes, ut hic apparet:



⁴ Qualiter autem tempus ex ipsis mensuretur, per ordinem est videndum; sed necessario aliqua premictenda occurunt, videlicet quod aliique semibreves in hac divisione temporis in deorsum caudari debent aliquibus sistentibus non caudatis, ut in processu monstrabitur.


⁵ Si due semibreves ponantur pro tempore naturales, prima tertiam partem, ultima duas partes temporis mensurabit in eo quod finis, quia semper perfectio est a parte finis, ut hic:



⁶ Sed si addatur filum artificialiter in deorsum prime semibrevi, duas partes temporis continebit, ultima in tertia parte temporis permanente, quia ars semper addit aliquid supra naturam, ut hic:



⁷ Si tres ponantur pro tempore et una in deorsum caudetur et alia in sursum, altera non caudata sistente, que in deorsum duas partes temporis vel sex de novem partibus continebit, que in sursum unam de novem, et non caudata duas de novem partibus temporis mensurabit et proportionari vel connumerari debet in perfectione cum caudata in sursum, ut hic:



et sic transitur ad secundam divisionem temporis que est in novem.

⁸ Si vero quatuor ponantur pro tempore naturales, quia a gallicis hanc divisionem temporis usque ad novem protrahitur, modum eorum servabimus in proportionando semibreves adinvicem: prime due de quatuor tertiam partem temporis vel tres de novem partibus mensurabunt hoc modo, quod prima duas de novem et que immediate

⁹ ³ trium] partium S

⁴ sed] set S

⁵ semibreves *sup* S

⁶ Sed] set S

⁸ protrahitur] protraitur S

sequitur unam de novem partibus continebit, reliquis in prima divisione temporis sistentibus, ut hic:




ponunt enim imperfectiorem notam a parte finis et perfectiorem a parte principii, ut in modo proferendi eorum appareat.

⁹ Si una ex ipsis in deorsum caudetur, duas partes temporis vel sex de novem continebit, reliquis in secunda divisione sistentibus, ut hic:



¹⁰ Sed si inmediate antecedat vel sequatur ipsam aliqua in sursum caudata, tunc que in deorsum quinque de novem partibus continebit et cum illa que in sursum proportionari debet, et que remanent proportionantur adinvicem, ut hic:




¹¹ Si addatur filum in deorsum duabus de quatuor, quomodo cumque varientur illarum quelibet tertiam partem temporis continebit, aliis sistentibus in tertia parte temporis, ut hic:



¹² Si quinque extiterint uniformiter figurate, bine procedunt modo gallico pro tertia parte temporis, et ultima in eo quod finis remanet in tertia parte temporis, ut hic:



¹³ Si alicui de quinque addatur filum in sursum vel in deorsum, quomodocumque varientur illa que in deorsum tertiam partem temporis vel tres de novem partibus continebit, et que in sursum unam, et non caudata duas de novem et cum in sursum caudata proportionari et connumerari debet in perfectione, ut hic:




¹⁰ Sed si in- marg S

¹⁴ Si sex fuerint uniformiter figurate, modo gallico proferuntur, ut hic:




¹⁵ Sed si aliquae ex ipsis caudentur in sursum vel in deorsum, modo quo supra de quinque proportionari debent, ut hic:



¹⁶ Si septem fuerint uniformiter figurate, tres prime tertiam partem temporis mensurabunt, et quatuor que sequuntur bine procedunt pro tertia parte temporis et modo gallico proferuntur, ut hic:




¹⁷ Sed si caudentur ex ipsis aliquae in sursum vel in deorsum, modo quo supra de sex proportionari et connumerari debent, ut hic:




¹⁸ Si octo extiterint naturales, sex prime duas partes temporis vel sex de novem partibus temporis mensurabunt, septima duas de novem, ultima unam de novem partibus mensurabit, ut hic:



¹⁹ Sed si aliquae in sursum caudentur, cum non caudatis eo modo quo supra in septem connumerari debent, ut hic:



²⁰ Si vero fuerint novem pro tempore uniformiter figurate, habetur perfecta divisio temporis que est in novem, et equaliter proferuntur tam naturales quam artificiales, ut hic:



et adequabunt tempus divisione novenaria jam divisum.

¹⁴ proferuntur] preferentur S

¹⁵ ex ipsis sup S

¹⁶ septem] viij S sequntur] secuntur S

²¹ Nota, quod in hac divisione temporis semibreves propriis nominibus nominantur, ut supra in duodenaria.

²² Et nuncupantur maior, minor, minima.

²³ Maior naturalis tertiam partem temporis continet ad plus, minor duas de novem, minima unam.

²⁴ Maior per artem duas partes temporis continet ad plus, ut hic per naturam:



et hic per artem:



²⁵ Minor per artem hic:



quando proportionatur cum minima.

²⁶ Minime sunt que connumerantur cum minoribus per artem et per naturam, et caudantur in sursum, ut hic:



minoribus non caudatis.

[VI]

10 ¹ Viso de tempore perfecto secundum divisionem duodenariam et nonariam, nunc est videndum de tempore imperfecto, quoniam oppositorum est eadem disciplina.

² Tempus enim imperfectum deficit a perfecto ad minus in tertia parte sui, et dividitur primaria divisione in duas semibreves equeales que in valore equivalent duabus de tribus primarie divisionis perfecti temporis, et ideo similem figuraionem in tota natura temporis imperfecti servabimus quemadmodum supra in tempore perfecto, ut hic de duabus:



et equaliter proferuntur secundum ytalicos et secundum gallicos.

³ Sed si per artem una in deorsum caudetur, transitur ad secundam divisionem temporis que est in quatuor, et tunc caudata tres de quatuor secunde divisionis continet, non caudata in una parte de quatuor permanente, ut hic:



secundum ytalicos; sed secundum gallicos caudata quinque partes de sex continet via artis, non caudata in sexta parte temporis permanente.

⁴ Si vero tres ponantur pro tempore imperfecto, tunc ytalice cantando ultima in eo quod finis medietatem temporis continet, aliis sistentibus pro alia medietate, ut hic:



modo autem gallico, quia ponunt perfectionem a parte principii et imperfectionem a parte finis, prima medietatem temporis vel tres de sex partibus temporis mensurabit, secunda duas, tertia vero unam.

⁵ Si vero fuerint quatuor naturales, ytalice cantando equaliter proferuntur, ut hic:



modo autem gallico inequaliter eo quod non excedunt senarium numerum, prima enim duas de sex, secunda vero unam et sic ambe medietatem temporis continent, tertia iterum duas, quarta vero unam, que faciunt aliam medietatem temporis, et istum modum proferendi habemus a gallicis.

⁶ Sed si aliique ex tribus vel ex quatuor caudentur in sursum vel in deorsum: si ex tribus una in deorsum caudetur, ytalice et gallice medietatem temporis mensurabit, aliis sistentibus in alia temporis medietate, ut hic:



⁷ Si ex quatuor una caudabitur in deorsum, transitur ad tertiam divisionem temporis imperfecti que est in octo semibreves equales secundum modum ytalicum, et tunc caudata medietatem temporis vel

10 ³ quinque] v e S

⁴ gallico] galico S vero sup S

⁵ naturales sup S enim sup S vero sup S gallicis] galicis S

⁶ gallice] galice S

⁷ quatuor] iiiij or S in deorsum ytalice transitur del S octo] viij S sed] set S

quatuor continet de octo partibus temporis, aliis sistentibus secundum earum quantitatem in secunda et tertia divisione temporis, ut hic:



sed secundum gallicos caudata medietatem temporis continet vel tres de sex, aliis remanentibus minimis.

⁸ Sed si in sursum aliquae caudentur, non caudata cum illa que in sursum proportionari debet secundum modum gallicum et ytalicum, ut hic:




et tunc non caudata modo gallico duas de sex continet, sed modo ytalico tres de octo, reliquis sistentibus minimis in sua divisione.


⁹ Si quinque ponantur naturales, due prime dicuntur minime in tertia divisione continentas duas de octo, reliquis in secunda divisione sistentibus, ut hic ytalice cantando:



sed gallice tres prime equaliter minime proferuntur, quarta duas, quinta unam de sex continet; et possunt per artem aliter variari, ut hic ytalice:



et hic gallice:




¹⁰ Si sex ponantur pro tempore uniformiter figurate, prime quatuor medietatem temporis mensurabunt, aliis duabus sistentibus pro alia medietate temporis, ut hic secundum ytalicos:



⁸ Sed] set S

⁹ quinque] v e S. sed] set S

et possunt per artem aliter variari:



sed secundum gallicos ille sex equaliter proferuntur et minime nuncupantur, et habetur perfecta divisio que est in sex.

¹¹ Si vero septem extiterint naturales, sex prime sex de octo partibus temporis continebunt, ultima vero duas, ut hic:



sed possunt per artem aliter variari, ut hic:



¹² Si autem fuerint octo uniformiter figurate, minime nominantur et equaliter proferuntur, ut hic:



et sic habetur eorum perfecta divisio ytalicorum que est in octo.

¹³ Nomina semibrevis harum divisionum temporis imperfecti sunt hec: maior, minor et minima.

¹⁴ Maior naturalis est semibrevis sistens in prima divisione temporis, ut hic secundum gallicos et ytalicos:




¹⁵ Minor naturalis est semibrevis sistens in secunda divisione, ut hic:



minima que in tertia, ut hic:



secundum modum ytalicum; secundum modum gallicum minor duas de sex continet et minima unam:



minor non caudata, sed minima caudatur in sursum.

¹¹ sed] set S

¹⁴ secundum ... ytalicos *marg* S


¹⁶ Maior per artem tres de quatuor vel sex de octo continet, ut hic secundum ytalicos:



et caudatur in deorsum; sed secundum gallicos caudata quinque de sex continet, ultima in sua natura sistente; quandoque duas de quatuor mensurabit vel quatuor de octo, ut hic ytalice:



et hic gallice:




caudata in deorsum maior, non caudata minor, caudata in sursum minima.

¹⁷ Minor per artem secundum ytalicos tres de octo continet et non est necesse caudari, ut hic:



et secundum naturam unam de quatuor vel duas de octo continet, ut hic:



11¹ Et quia in compendiosa doctrina solet delectari animus auditoris, ideo resecatis superfluis et obmissis rationibus que hinc [et] inde possent fieri causa brevitatis, presens opusculum ad laudem Dei et amore aliquorum fratrum mei ordinis volentium in arte musice delectationem cantus habere, a me indigno cantore extitit compilatum.

² Deo reddatur laus et gloria per cuncta secula. Amen.

¹⁶ sed] set S gallicos] galicos S quinque] v e S

11¹ et om S inde sup S

III

PETRI DE AMALFIA

Compendium artis motectorum Marchecti

S Siviglia, Biblioteca Capitular Colombina,
5225, fogli 116r-117v.

om omittit

INCIPIT COMPENDIUM ARTIS MOTECTORIUM MARCHECTI EDITUM A FRATRE
PETRO CAPUANO DE AMALFIA

1 ¹ Quoniam tocius nove artis motectorum difficultas circa temporum varietatem et semibrevium figuracionem acceditur, igitur de ipsorum temporum diversitate et semibrevium figuracione cuiusdam mei amici precibus inclinatus sub brevitate dicere destinavi. ² Non ex me ipso aliquid novi, [sed] secundum quod Marchectus cantor egregius et istius artis rector dispendio compilavit, ego Petrus de Amalfia cantorum minimus sub compendio declarabo.

2 ¹ Unde sciendum est, quod tempus secundum generalem sui acceptionem est mora motus mutabilium rerum. ² Que quidem mora aut est longa aut est brevis, si longa aut perfecta aut imperfecta. ³ Si perfecta et sic habemus tempus perfectum, quod constat ex duodecim minimis semibrevibus, quod alio nomine nuncupatur duodenarium. ⁴ Si vero fuerit mora imperfecta habemus tempus imperfectum, quod ex octo semibrevibus minimis construitur et alio nomine nuncupatur octonarium. ⁵ Si vero mora fuerit brevis et sic habemus tempus breve, quod ex quatuor minimis perficitur et aliter nuncupatur quaternarium nec non imperfectissimum.

3 ¹ Diviso tripliciter tempore, videndum est de figura semibre-
vium et valore ipsarum.

MOTECTORUM] MOTECTORUM S EDITUM] EDICTUM S A FRATRE] ABATIS S

